

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vnde vi||ginti**

**Gellius, Aulus**

**Venetiis, 1515**

Liber XVII.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](#)

credidisse. Arionem, quasi falleret, custodiri iussisse.  
Nauitas requisitos, ablegato Arione, dissimulanter interrogasse: ecquid audissent in ijs locis, unde uenissent: super Arionem? Eos dixisse, hominem cum indentirent in terra Italia fuisse: eumq; illic bene agitare: & studijs, delectationibusq; urbium florere: atq; in gratia, pecuniaq; magna fortunatum esse. Tum inter haec eorum uerba Arionem cum fidibus, & indumentis, cum quibus se in salutem eiaculauerat: extinisse. Nautas stupefactos, conuictosq; ire inficias non quisiſſe. Eam fabulā dicere Lesbios, et Corinthios, atq; esse fabulæ argumentum, quod simulachra duo ab ea ad Tænarum uiserentur. Delphinus uehens, et homo insidens.

## VLI GELLII NOCTIVM ATTICA

## RVM COMMENTARII.

## LIBER XVII.

Quod Gallus Asinius, & Largius Licinius sententia M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quā dixit pro M. Cœlio: & quid aduersus homines stolidissimos pro eadē sententia uere, digneq; dici posset.

## Caput I.

T quidam fuerunt, monstra hominum, q de Dijs immortalibus impias, falsasq; opiones prodiderūt: ita nōnulli tam prodigiosi, tamq; uecordes extiterunt (in quibus

sunt Gallus Asinius, & Largius Licinius, cuius liber etiam fertur infando titulo Ciceromastix) ut scribere ausi sunt M. Ciceronem parum integre, atq; in proprio, atq; i consyderate locutum. Atq; alia quidē, quae reprehenderunt, neq; dictū, neq; auditū digna sunt. Sed etenim hi in hoc, quo sibimetipsis præter cetera, esse uisi sunt uerborū pensitatores subtilissimi, cedō quale id sit consyderemus. M. Cicerō pro M. Cœlio ita scripsit. Nam quod obiectum est de pudiatis, quodq; omnium accusatorum, non criminibus, sed uerbis, maledictisq; celebratum est: id nunquam tam acerbe feret M. Cœlius, ut eum pœnitiat non deformem esse natum. Non existimant uerbo proprio esse usum, quod ait pœnitiat. Atq; id prope in eptum eiū esse dicunt. Nam pœnitere inquiunt, tum dicere sole mus: cum quae ipsi fecimus: aut quae de nostra uoluntate, nostroq; consilio facta sunt: ea nobis post incepit disperdere: sententiamq; in ijs nostram demutamus. Neminem autem recte ita loqui, pœnitere se: quod natus sit: aut pœnitere, quod mortalis sit: aut quod ex offensō forte, uulneratoq; corpore dolorē sentiat: quid do istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum, nec arbitrium. Sed ea in gratis in corporibus nostris iū, ac necessitate naturae nobis accidunt. sicut hercule inquiunt, non uoluntarium fuit M. Cœlio quali forma nasceretur: Cuius eum dixit non pœnitere, tanquam in ea causa res esset, ut rationem ciperet pœnitendi. Est hæc quidē, quā dicunt uerbi huiusc sententia. & pœnitentia nisi in uoluntariis rebus non proba dicitur. Tametsi antiquiores uerbo ipso, alio quoq; mo

douficiati sunt. Et pœnitent ab eo, quod est pene, & a  
penuria dixerūt: sed id aliorum pertinet: atq; alio  
in loco dicetur. Nunc autem sub hac eadem signifi-  
catione, quæ uniglo nota est: non modo ineptum hoc  
non est, quod M. Cic. dixit: sed festiuissimum adeo, et  
faciliissimum est. Nam cum aduersarij, & obtrectato-  
rum M. Cœlij, quoniam erat pulchro corpore, formā  
eius, & faciem in suspicione impudicitiae acerferet:  
illudens Cicero tam absurdam criminationem, quod  
formam, quā natura fecerat: uitio darent: eodem ipso  
errore, quem illudebat: sciens usus est: & non pœni-  
tinquit M. Cœlium non deformem esse natum. Ut  
vel hac ipsa re, quod ita dicebat: opprobriaret aduer-  
sarij: ac per facetias ostentaret facere eos deridicu-  
lum, quod perinde Cœlio formam criminii darent:  
quasi arbitrium eius fuisset, quali forma nasceretur.

Verba quædam ex Q. Claudijs annalium primo,  
ansim in legendo notata. Caput II.

Vm librum ueteris scriptoris legebamus:  
conabamur postea memoriæ uegetādæ gra-  
tia indipisci animo, ac recensere, quæ in eo  
libro scripta essent: in utrasq; aestimationes laudis,  
aut culpæ adnotamentis dignæ. Eratq; hoc sane quā  
uale exercitium ad conciliandas nobis, ubi uenisset u-  
sus uerborū, sententiarumq; elegantium recordatio-  
nes. velut hæc uerba ex Q. Claudijs primo annali,  
quæ meminisse potui, notaui, quem librū legimus bi-  
duo proximo superiore. Arina inquit, pleriq; abiij-



A. GEL.

» ciunt, atq; īternū īlatebrant sē. Ibi īlatebrant  
uerbum poeticum uisum est, sed non absurdum, neq;  
» asperum. Ea inquit, dum fiunt latini subnixo ani-  
» mo, quasi sublimi, et supra nixo uerbum penē signi-  
» ficans, & non fortuitum, demonstratq; animi fortitu-  
» dinem, fiduciamq;: quoniam qbus innitimur: ijs qua-  
» si erigimur, attollimurq;. Domus inquit suā quenq;  
» ire iubet, & sua omnia fruisci. Rarius quidem fuit  
in ætate M. Tullij, ac deinceps infra rarissimum du-  
bitatumq; est ab imperitis antiquitatis an latinum fo-  
ret. Non modo autem latinum, sed iucundius, amoeni-  
usq; etiam uerbum fruisor factum est: quād fruor,  
& ut fatisor à fateor: ita fruisor factum est à fru-  
or. Q. Metellus Numidicus, qui caste, pureq; lingua  
uusus latina uidetur: in epistola, quam exul ad Domi-  
tios misit: ita scriptis. Illi uero omni iure, atque hone-  
state interdicti. Ego neque aqua, neque ignicarco: &  
summa gloria fruisor. Nævius in atellana, que par-  
tus inscripta est: hoc uerbo ita utitur.  
» Quod magnopere quæsierunt, id fruisci nō queunt.  
» Qui non parsit, apud sē fruitus est. Et Roma-  
ni inqt, multis armis, & magno commeatu, prædagis  
ingenti copiantur. Uerbum castrense est, nec facile id  
reperias apud ciuilium catusarum oratores, exq; ea-  
dem figura est, qua lignantur, & pabulantur, &  
aquantur, sole inquit, octavo, sole octavo, non insua-  
ni uenustate est: si quis aurem habeat non sordidam,  
nec proculattam. In XII autem tabulis uerbum,  
hoc ita scriptum est. Ante meridiem catusam consatio,  
cum perorant ambo præsentes. Post meridiem præ-

senti litem addicito. Si ambo præsentes, sol octa fūs su  
prema tempestas esto. Nos inquit, in medium relin-  
quemus, vulnus in medio dicit, nam uitium istuc pu-  
tunt: et si dicās in medium ponere, id quoq; esse oō  
anov putant. Et tamen probabilius, significantiusq;  
sic dicā uidebitur: si quis ea uerba non incuriose intro-  
ficiat. Græce quoq; θεῖαν εἰς μέσον uitium id non  
est. Postquam nuntiatum est inquit, pugnatum esset  
in gallos: id curitas grauiter tulit. In gallos mundius,  
sotiliusq; est, quam cum gallis, aut contra Gallos.  
Nam pinguiora hæc, obseletioraq; sunt. Simul inqt,  
forma, factis eloquentia, dignitate, acrimonia, conſi-  
dentia pariter præcellebat: ut facile intelligeretur  
magnum uiaticum. Magnum uiaticum pro magna  
ſuſtate, & paratu magno noue poſitum eſt. Vide  
urq; græcos ſecutus, qui ἐφόδιον, ſumptum uiæ  
ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt.  
Ac ſepe ἐφόδιον pro eo dicunt, quod eſt iſtitue-  
rūſtrū. Nam M. inquit, Manlius, quem capitoli-  
um ſeruaffe a Gallis ſupra ostendi, cuiusq; operam  
cum M. Furio DICT. apud gallos compriſte fortem,  
atq; exuperabilem Rēs p. ſenſit: is & genere, &  
uirtute bellicat nemini concedebat. Ad prime cre-  
bris eſt, cum prime rarius traductumq; ex eo eſt, qđ  
comprimiſſi dicebant, pro quod eſt in primis. Nihil  
ſibi inquit, diuitias opus eſſe. Nos diuitijs dia-  
mus, & uitium hoc orationis nullum eſt. Ac ne id  
quidem eſt, quod figura dici ſolet. Recta enim iſtæ  
oratio eſt. Et ueteres compluſculi ita dixere. Nec  
ratio dici potest, cur rectius ſit diuitijs opus eſſe,

quā dinitias: nisi qui grammaticorum noua institut  
 » ut te mērūr i ep̄a obseruant. Nam hæc inquit, ma  
 » xime uersatur Deorū iniquitas: quod deteriores sunt  
 » incolumiores. Neq; optimum quempiam inter nos si-  
 » nunt diurnare. In usitate dixit diurnare pro diu ni-  
 » uere. Sed ex ea figura est, qua dicimus perenare. Cū  
 » his inquit, consermonabatur, sermonari rusticus in-  
 » detur, sed rectius, sermocinari crebrius est, sed corru-  
 » ptius. Sese inquit, ne id quoq; quod tum suaderet fa-  
 » cturum esse. Ne id quoq; dixit, per ne id quidem.  
 Infrequens nunc in loquendo, sed in libris ueterum  
 » creberrimum. Tanta inquit, sanctitudo fani est: ut nū  
 » quam quisquam uiolare sit ausus. Sanctitas quoq; et  
 » sanctimonia non minus latine dicuntur. Sed nescio qd  
 maioris dignitatis est uerbum sanctitudo. Sicuti M. Ca-  
 to in L. Veturium, duritudinem, quā duriciem dia-  
 » re grauius putauit. Qui illius inquit, impudentia  
 » norat, & duritudinem. Cum tantus inquit, arrabo  
 » penes Samnites Po. R. o. esset. Arrabonem dixit. DC.  
 obsides, & id maluit quā pignus dicere: quoniam  
 uis huius uocabuli in ea sententia grauior, acriorq;  
 est. Sed nunc arrabo in sordidis uerbis haberi cœ-  
 ptus. Ac multo rectius uidetur arra. Quanquam ar-  
 ram quoq; ueteres saepe dixerint. Et compluries iqt,  
 » in laboribus miserrimas uitas exegerunt. Et hic mo-  
 » tus in otiijs inquit, consumptus. Elegantia utrobique  
 » multitudine numeri quæsita est. Cominius inquit, qua  
 » ascenderat, descendit, atq; uerba Gallis dedit. Uer-  
 » ba Cominium dedisse Gallis dicit: qui nihil quicquam  
 cuiquam dixerat. Neq; enim eū Galli, qui capitolū

videbant: ascendentem, aut descendenter uiderant.  
sed uerba dedit, haud securus posuit, quā si tu dicas la-  
vit, atq; obrepst. Conualles inquit, & arboreta ma-  
gna erant. Arboreta ignobilis uerbum est, arbu-  
re celebratus. Putabant iquit, eos, qui foris, atq; qui  
mance erant, inter se commutationes, & consilia fa-  
cere. Commutationes, idest collationes, communicatio-  
nes, in usitate dixit. Sed non hercle inscite, nec iele-  
genter. Hæc ego paucæ interim super eo libro, quorū  
memoria post lectionem suppetierat: mihi notaui in  
monibus forte, quos de temporibus rerum ad usus  
huminum repertarum agitabamus.

verba M. Varronis ex libro quinto, & XXV hu-  
manarum, quibus contra opinionem vulgariam in-  
terpretatus est Homeri uersum. Cap. III.

Dolescens quissipā non id oetus sparti quoq;  
uolum in terra græcia diu incognitum fuisse  
dixit: multisq; post Ilium captum tempestati-  
bus ex terra Hispania aduectum. riserunt hoc ad  
illudēū, ex ijs, qui ibi aderant, unus, atq; alter ma-  
le homines literati, quod genus græci ἀροπίους  
appellant. Atq; eum, qui id dixerat librū legisse Ho-  
meri dicebant, cui uerſus hic forte deesset.

καὶ δοῦρα σέσητε νεῶν, καὶ στάρτα λέλυνται  
tum ille prorsum irritatus non inquit, in eo lib. uer-  
sus sed uobis planè magister defuit. si creditis in eo  
uersu sparta id significare, quod nos spartū dicimus.  
Maiorem enim uero illi riſum subiunct: neq; id deſte-



A · G E L .

terunt, nisi liber ab eo prolatus esset? M. Varroni,  
xxv. humanarū, in quo de isto Homerū uersu à Var-  
rone ita scriptum est. Ego sparta apud Homerum nō  
plus spartum significare puto, quā πάπτως, qui  
dicuntur in agro thebano nati. In Græcia sparti-  
pia modo cœpit eē ex Hispania. Neq; ea ipsa facultat-  
us Liburni: sed hi plerasq; naues loris suebāt. Gra-  
ci magis cannabo, & stuppa, cæterisq; satius; rebus,  
d' quibus πάπτω appellabant. Q uod cum ita var-  
ro dicat, dubito hercule an posterior syllaba in eo ver-  
bo, quod apud Homerum est, acuenda sit, nisi quia  
uoces huiuscemodi, cum ex communi significatione in  
rei certe proprietatem concedunt: diuersitate accentu  
seperantur.

Quid Mænander poeta Philemoni poetæ dixerit:  
a quo sæpe indigne in certaminibus comœdiarū su-  
peratus est: & quod sæpiissime Euripides in trage-  
dia ab ignobilibus poetis uictus est. Cap. IIII.

Aenāder a Philemone nequaquam par scri-  
ptore in certaminibus comœdiarum ambi-  
tu, gratiaq; et factionibus sæpen numero in-  
cebatur. eum cum forte habuisset obuiam: quæso in-  
quit Philemon, bona uenia dic mihi, cum me uincas,  
non erubescis? Euripidem quoq; M. V arro ait, cum  
quinq; et septuaginta tragedias scripserit, in quinq;  
solis uicisse. Cum eum uincerent aliquot poetæ igna-  
uissimi. Mænādrum autem aliij centū et octo partim  
centū et nouem comedias reliquise ferūt. Sed A pol-

lодори scriptoris celebratissimi hos de Mænandro uer  
sus legimus in libro, qui chronica inscriptus est.

αρφιονίς ὁν, εἰν διοπέθου πατρὸς  
τρόποις ἐκαρδὼν πέντε γράμματα δράματι ἔξι.

λαν πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν.

existit tamen centum et quinq; omnibus solis eum  
etiam uicisse, idem A pollodorus eodem in lib. inscri-  
psit.

Nequaquam esse uerum quod minutis quibusdā  
rhetorice artificibus uideatur M. Cic. in libro, quem  
de amicitia scripsit, uitioso arguento usum ἀμφι-  
στού μενον, Totumq; id consyderatus tractatum,  
exploratumq;.

Caput

V.

Icero in dialogo, cui titulus est Lælius, uel  
de amicitia, docere uoles amicitiam nō spe,  
expectationēq; utilitatis, neq; pretij mer-  
ituq; causa colendam: sed quo ipsa per se plena  
virtutis, honestatisq; sit: ex petendam, diligendamq;  
esse: etiam si nihil opis, nihilq; emolumenti ex ea  
præcipi queat: hac sententia, atq; his uerbis usus  
est: eaq; dicere facit C. Lælium sapientem uirum,  
qui P. Africani fuerat amicissimus. Quid. n. A-  
fricanus indigens mei? Ne ego quidem illius. Sed e-  
gadmiratione quadam uirtutis eius, ille uicissim o-  
pinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus ha-  
bebat: me dilexit. auxit benevolentiam consuetudo.  
Sed quanquam utilitates multæ, et magnæ conse-  
ntiae sunt: non sunt tamen ab earum spe causæ di-  
ligendi profectæ. ut enim beneficij, liberalesq; su-

A. GEL.

mus, non ut exigamus gratiam, (neq; enim beneficium fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus) sic amicitiam non spe mercedis adduci, sed qd omnis eius fructus in ipso amore ies; ex petendam putamus. Hoc cum legeretur in cœtu forte hominum doctorum, Rethoricus quidā sophista utriusq; linguae callens haud sane ignobilis, ex ijs argutius, & minutis doctoribus, qui τεχνοὶ appellantur, atq; in differendo tamen non impiger, usum se exibamabat argumento M. Tullium non probo, neq; ἀπόδειτινώ, sed eiusdem quæstionis, cuius esset ea ipsa res, de qua quæreretur. Verbisq; id uitium grecis appellabat, quod accepisset, ἀμφισβητούμενον τὸ μολογούμενον. Nam beneficos inquit, & liberales sumpsit ad confirmandum id, quod de amicitia dicebat: cum ipsum illud & soleat quæri, et debeat quisquis liberaliter, & benigne facit, quammente, quo ue consilio benignus, liberalisq; sit. Vtrum quia natus tuam gratiam speret: & eum, in quem benignus sit, ad parem curam sui prouocet: quod facere plerique uidetur. An quia natura sit benevolus: benignitasq; eum per se ipsa, & liberalitas delectet, sine ulila recipienda gratiæ procuratione, quod est omnium fermè rarissimum. Argumenta autem censebat, aut probabilia esse debere, aut perspicua, & minime controversa. Idq; ἀπόδειξιν vocari dicebat, cū ea, quæ dubia, aut obscura sunt, per ea, quæ ambigua non sunt: illustratur. Atq; ut ostenderet beneficos, liberalesq; ad id, quod de amicitia quæreretur: quasi argumentum, exemplum ue sumi non oportere: Eodem inquit,

quit simul a chro, & eadem rationis imagine, amicitia in uicem pro argumento sumi potest. si quis adfirmet homines beneficos, liberalesq; esse debere, non spe aliqua compendij sed amore, & studio honestatis. Poterit enim consimiliter ita dicere. Namq; ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur: sic benefici, liberalesq; non gratiae recipienda studio esse debemus. Poterit sane inquit, ita dicere. Sed neq; amicitia liberalitati, neq; liberalitas amicitiae praebere argumentum potest: cum de utroq; pariter queratur. hæc ille rhetoricus artifex dicere quibusdā uidebatur perite, & sc̄enter. Sed uidelicet cum uocabula rerum uer a ignorauisse. Nam beneficium, & liberalem Cicero appellat, ita ut philosophi appellandum esse censent: beneū, qui, ut ipse ait, beneficia fœneratur: sed qui longe facit nulla tacita ratione ad utilitates suas redundant. Non ergo obscuro, neq; ambiguo argumentum est: sed certo, atq; perspicuo. Siquidem qui ue- nientia beneficis, liberalisq; est: qua mente bene, aut liberaliter faciat: non queritur. Alijs enim longe nomi nibus appellandus est, si cum et talia facit: sui potius q; alterius iunā di causa facit. Processisset autem ar- rogatori isti fortasse reprehensio: si Cicero ita dixis- et. Ut enim benefice, liberaliterq; facimus, non ut exigamus gratiam: uideretur enim benefice facere, nam in non beneficium cadere posse: si id per aliquā constantiam fieret: non per ipsam perpetuae beni- gitatis constantiā. Sed cum beneficos, liberalesq; di- cerit: neq; aliusmodi isti sunt: quā cuius esse eos su- padiximus: illotis, (quod aiunt,) pedibus, & uer-

A. GEL.

bis reprehendit doctissimi hominis orationem.

Falsum esse quod verius Flaccus in librorum se  
cundo, quos de obscuris M. Catonis composuit, de ser  
uo receptio scriptum reliquit. Cap. VI.

Ar. Cato uocioniam legem suadens uerbis  
hisco usus est. Principio nobis mulier ma  
gnam dotem adulit. Tum magnam pec  
uniam recipit: quam in uiri potestate non committit. et  
pecuniam uiro dat mutua. Postea ubi irata facta est:  
seruum receptium sectari, atq; flagitare uirum ui  
bet. Quærebatur seruus receptius quid esset. Libri  
statim quæsiti, allatiq; sunt verrij Flacci de obscuris  
Catonis. In libro secundo scriptum inuentum est, re  
ceptium seruum dici nequam, et nulli pretij, qui  
cum uenium esset datus: redhibitus ob aliquod uitium,  
receptus'q; sit. Propterea inquit, seruus eiusmodi se  
ctari maritum, et flagitare pecuniam iubebatur: ut  
eo ipso dolor maior, et contumelia grauior uiro fie  
ret: quod eum seruus nihil petendæ pecuniae causa  
compellaret. Cum pace autem, cumq; uena istorum,  
siqui sunt, qui verrij Flacci auctoritate capiuntur:  
dictum hoc sit. Receptius enim seruus in ea re, quæ  
dicit Cato, aliud omnino est, quam verius script.  
Atq; id cuiuis facile intellectu est. Res enim procul  
dubio sic est. Quando mulier dotem marito dabat:  
tum quæ ex suis bonis retinebat: neq; ad uirum tra  
mittebat, ea recipere dicebatur. Sicut nunc quoq; in  
uenditionibus, quæ excipiuntur, neq; ueneunt.

Quo uerbo Plautus, quoq; in trinumo usus est in  
hoc uersu.

posticulum hoc recipit, cum æders uendidit.

particulam quandā, quæ post eas æders erat: non uē  
didit, sed retinuit. Ipse etiam Cato mulierem demon  
strare locupletem uolens. Mulier inquit, & magnā  
dotem dat, & magnam pecuniam recipit. Hoc est ec  
magnam dotem dat, & magnam pecuniam retinet.  
Ex ea igitur re familiari, quā sibi dote data retinuit:  
pecuniam uiro mutuam dat. Eam pecuniam cum ui  
ro forte irata repetere instituit: apponit flagitatem  
seruum receptitum, hoc est proprium seruum suū,  
quem cum pecunia reliqua receperat: neq; dederat  
doti, sed retinuerat. Non enim seruo mariti impera  
re hoc mulierem fas erat, sed proprio suo. Plura dice  
re, quibus hoc nostrum tuear: super se deo. Ipsa enim  
sunt per se evidētia, & quod à Verrio dicitur, &  
quod à nobis. Vtrum ergo uidebitur cuiq; uerius: eo  
statutum.

Verba hæc ex Attinia lege, quod subreptum erit,  
eius rei æterna authoritas esto, P. Nigidio, & Q.  
scænolæ uisa esse non minus de præterito furto, quā  
de futuro cauisse.

Caput

VII.

Egis ueteris Attiniæ uerba sunt. Quod sub  
reptum erit, eius rei æterna authoritas esto.

Quis aliud putet in hisce uerbis, quā de tē  
pore tantum futuro legem loqui? sed Q. scænola pa  
trem suum, & Brutum, & Manilium uiros adpri  
me doctos quæfisse ait, dubitasse q; utrum'ne in post

H 2

A. GEL.

facta modo fuita lex ualeret, an etiam in antefacta,  
quoniam quod subreptum erit, utrumque tempus uide  
retur ostendere, tam præteritum quam futurum. Itaq;  
P. Nigidius cuitatis Romanæ doctissimus super dubi-  
tatione hac eorum scripsit in XXIIII commentario-  
rum grāmaticorum. Atq; ipse quoq; idem putat in  
certam esse temporis demonstrationem. sed angustè p-  
quam, & obscure differit: ut signa rerum ponere ui-  
deas ad subsidium magis memoriae suæ: quam ad le-  
gentiū disciplinam. Videbatur tamen hoc dicere, uer-  
bum esse, & erit, quando per seponuntur: habent,  
atq; retinent tempus suum. Cum uero præterito iun-  
guntur, uim temporis sui amittunt, et in præteritum  
contendunt. Cum enim dico, in campo est, in comitio  
est, tempus instans significo. Item cum dico, in campo  
erit, tempus futurum demonstro. At cum dico, factū  
est, scriptum est, subreptum est, quam est uerbum  
temporis sit præsentis: confunditur tamen cum præ-  
terito, & præsens esse definit. sic igitur inquit, etiam  
istud, quod in lege est, si diuidas, separeśq; duo uer-  
ba hæc, subreptum, & erit, ut sic audias subreptum,  
tanquam certamen erit, aut sacrificium erit. Tum uide-  
bitur lex in post futurum loqui. si uero copulate, per-  
misteśq; dictum intelligas: ut subreptum erit nō duo,  
sed unum uerbum sit. Idq; unica patiendi declinatio-  
ne fit: tum hoc uerbo non minus præteritum tempus  
ostenditur, quam futurum.

In sermonibus apud mēsam Tauri philosophi, que-  
ri, agitariq; eiusmodi solita. Cur oleum sæpe, & fa-



ale, uina rarius congelascant, acetum haud fere unquam, & cur aquæ fluviorum, fontiumq; duren-  
t, mare gelu non duretur. Cap. VIII.

Hilosophus Taurus accepit nos Athenis  
cœna plerunq; ad id diei ubi iam uestera  
uerat. id enim est tempus istuc coenandi fre-  
quens. Eius cœnæ fundus, et fundamentum omne e-  
rat in olla una lenta ægyptiæ, & cucurbitæ inibi  
minutim cæsæ. ea quodam die ubi paratis, & expe-  
ctantibus nobis adlatæ, atq; imposita mensæ est: pue-  
r miubet Taurus oleum in ollam indere. erat igit puer  
genere atticus ad annos maxime natus. VIII. festi uis-  
fus, ætatis, & gentis argutijs scatens. Guttum sa-  
uum ore tenus imprudens inanè, tanquam si inesset  
oleum: adfert, conuertitq; eum: & ut solitum est: ar-  
omagat per omnem partem ollæ manum. nullum in-  
dibat oleum. Aspicat puer guttum atrocibus oculis  
fumachabundus, & concussum uehementius iterū  
inolla uertit. Idq; cum omnes sensim, atq; summis-  
sum rideremus: Tum puer græce, & id quidem per-  
quam attice. μὴ μλατε inquit, ἐν τὸν λαον, ἀλλ  
νεὶς οὐ φρίνη περὶ τὸν ὄρθρον γένονται τύμερον οὐ  
μισθλωται. Verbero inquit ridens Taurus, non  
me in circulo, atq; oleum petis? Sed cum puer fo-  
ras emptumisset: nihil ipse ista mora offensior. Olla  
inquit, oleo indiget, & ut video intollerandum fer-  
rit. cohabeamus manus, atq; interea quoniā puer nūc  
admonuit solere oleum congelascere: consyderemus,  
ut oleum quidem sæpe, & facile stet, uina rareter

wongelascant. Atq; aspicit me, & iubet, quod sentiam dicere. Tum ego respondi, coniectare me uinum idcirco minus cito coalescere: quod semina quædam caloris in sese haberet: essetq; natura ignitus, ob eamq; rem dictum esse ab Hom. αὐθοτα ὄνον, non, ut alijs putarent, propter colorē. Est quidem inquit Taurus, ita ut dicas, nam fermè conuenit uinum, ubi potum est, calle facere corpora. Sed non secus oleum quoq; calorificum est: neq; minorem uim in corporibus calefaciendis habet. Ad hoc si istæc, q; calidiora sunt, difficilius gelu coquuntur, congruens est, ut quæ frigidiora sunt facile coquuntur. A cetum autem omnium maxime frigorificum est, atq; id nunquam tamen concrescit. Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in levitate est: facilitiora n. ad coeundum ideo uidentur, quæ leviora, levioraq; sunt. Præterea id quoq; ait, quæri dignum, cur fluviorum, et fontium aquæ gelu durētur, mare omne incongelabile sit? Tametsi Herodotus inquit, historia scripтор contra omnium ferme, q; hæc quæsiverūt: opinionem: scribit mare Bosphoricum, quod cimeriū appellatur, earūq; partiū mare omne, qd scythicum dicitur: gelu stringi, et cōsistere. Dū hæc Taurus, interea puer uenerat, & olla deferbuerat: tempusq; esse cœperat edendi, & tacendi.

De notis literarum, quæ in C. Cæsaris epistolis reperiuntur, déq; alijs clandestinis literis ex veteri historia petitis, et quid συντάξη sit laconica.

Caput IX.

Ibri sunt epistolarum C. Cæsar is ad C. Op-  
pium, et B album Cor. qui res eius absentis  
curabant. In his epistolis quibusdam in lo-  
ris inueniuntur literæ singulariæ, sine coagmentis  
syllabarum, quas tu putas positus incondite. Nam uer-  
ba ex his literis confici nulla possunt. Erat autem con-  
uentum inter eos clandestinum, de commutando situ  
literarum, ut inscriptio quidem alia aliæ locum, et  
nomen teneret: sed in legendo locus cuiq; suis, & po-  
tissimæ restituueretur. Quæ nam uero litera pro qua  
subderetur, ante ijs, sicut dixi, complacebat, qui hanc  
scribendi latebrâ parabant. Est autem Probi gram-  
matica commentarius satis curiose factus, de occultæ  
literarum significatione epistolarum C. Cæsar is scri-  
parum. Lacedæmonij autem ueteres cum dissimula-  
& occultare literas publice ad imperatores suos  
missas uolebant: ne si ab hostiis exceptæ forent: cō-  
silia sua noscerentur: epistolas id genus factas mit-  
tibant. surculi duo erant teretes oblonguli pari cras-  
famento, eiusdemq; longitudinis derasi, atque orna-  
ti consimiliter. unus imperatori in bellum profici-  
senti dabatur: alterum domi magistratus cum in-  
u, atque cum signo habebant. Quando usus uene-  
rat literarum secretiorum: circum eum surculum  
lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum  
ni satis erat, complicabant, uolumine rotundo: &  
simplici. Ita uti oræ adiunctæ undiq; & cohæren-  
tori, quod plicabatur corrent. Literas deinde in  
loro per transuersas iuncturarum oras, uersi-  
bus a summo ad mūm proficiscentibus inscribebat.

A. G E L.

Id lorū literis ita perscriptis reuolutum ex surculo imperatori, commenti illius conscio mittebant. Resolutio autem lori literas truncas, atq; mutilas reddebat: membraq; earum, et apices in partes diversissimas spargebat. Propterea si id lorū in manus hostium inciderat: nihil quicquam coniectari ex eo loro quibat. sed ubi ille, ad quem erat missum: accepérat, surculo compari, quem habebat, atq; ad finem perinde ut debere fieri sciebat: circumPLICabat: atq; ita literæ per ambitum eundem surculi coalescentes, rursum coibant, integrāq; & incorruptam epistolā, & faciem legi præstabant. Hoc genus epistolæ laetædæmonij σκυτάλων appellat. Legebamus id quoq; in ueteri historia rerum punicarum, uirum inidē quempiam illustrem (sive ille Hasdrubal, sive quis alius est, non retineo) epistolam scriptam superbus arcans hoc modo abscondisse. Pugillaria noua, non dum etiam cera illita accepisse: literas in lignum incidisse. Postea tabulas, uti solitum est: cera colluisse. Easq; tabulas, tanquam non scriptas, cui futurum id prædixerat: misisse. Eum deinde ceram derasisse, literasq; in columnis ligno incisas legisse. Est & alia in monumentis rerum græcarum profunda quedam, & inopinabilis latebra barbarico astu excoxitata. Histieus nomine fuit loco natus in terra Asia non ignobili. Asiam tunc tenebat imperio Rex Darius. Is Histieus, cum in Persis apud Darium esset: Aristagoræ cui piam res quasdam occultas nuntiare futuo scripto uolebat. Comminiscitur oportum hoc litterarum admirandū. seruo suo diu oculos ægros ha-



benti capillum ex capite omni, tanquam medēdi grā  
tia, deradit. Caputq; eius leue in literarum formās  
compingit. His literis, quae uoluerat, perscripsit. Ho  
minem postea, quoad capillus adolesceret: domi conti  
nuit. Vbi id factum est: ire ad Aristagoram iubet. Et  
cum ad eum inquit, ueneris, mandasse me dictonūt at  
petuum (sicut nuper egomet feci) deradat. seruus,  
ut imperatum erat, ad Aristagoram uenit: manda  
mūq; domini adfert. Atq; ille id non esse frustra ra  
tu, qđ erat mandatum fecit. Ita literæ perlatae sunt.

Quid de uersibus virgiliū Phuaorinus existima  
rit, qbus in describenda flagratiā montis Aetnæ Pi  
lerum poetam securus est. Collataq; ab eo super ea  
lē re utriusq; carmina, & diuidicata.

Caput

X.

Hauorinum philosophum, cum in hospitis  
sui Antiatem uillā aestu anni concessisset:  
nosq; ad eum uidendū Roma uenissimus:  
menini super Pindaro poeta, & virgilio in hunc fe  
nē modum differere. Amici inquit, familiaresq; P.  
virgiliū, in ijs, quae de ingenio, moribusq; eius memo  
ri etradiderunt: dicere eum solitum ferunt, parere  
sue sū more, atq; ritu ursino. Nāq; ut illa bestia fœ  
nederet in effigiatum, informemq; lambendoq; id  
postea, quod ita edidisset: conformaret, & fingeret,  
proinde ingenij quoq; sui partus recentes rudi esse fa  
ce, & imperfecta. sed deinceps tractando, colendoq;  
uidere ijs se oris, & uultus liniamenta. Hoc uirum

iudicij subtilissimi ingenue, atq; uere dixisse, res inquit, ipsa uerum indicum facit. Nam quæ reliqui perfecta, ex politaq; quibusq; impo suit sensus, atq; delectus sui supremam manum: omni poeticæ uenu statis laude florent. Sed quæ procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur: et absolui, quoniam mors præuerterat, ne quiuerunt: nequaquam poetarum elegantissimi nomine, atque iudicio digna sunt. Itaque cum morbo oppressus, aduentare mortem uideret: petituit, orauitq; a suis amicissimis im pense, ut æneida, quam non dum satis elimauisset: abolerent. In ijs autem inquit, quæ uidentur retractari, et corrig debuisse: is maxime locus est, qui de monte Aetna factus est. Nam cum Pindari ueteris poetæ carmen, quod de natura, atq; flagratiâ montis eius compositum est, æmulari uellet: eiusmodi sententias, et uerba molitus est, ut Pindaro quoq; ipso, qui nimis opima, pinguisq; esse facundia existimatus est: insolentior, hoc quidem in loco, tumidiorq; sit. Atq; uti uosmet ipsos inquit, eius, quod dico arbitros faciam: carmen Pindari, qd est super monte Aetna quantulum mihi memoria est, dicam.

τοῖς ἐράγονται μὲν ἀπλά-  
τε πυρὸς ἀγνόταται  
ἢ μυχῶν παχάι. ποταμοὶ  
δ' ἀμέραισι μὲν προχέοντι ρόον καπνῷ  
ἄθων. ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτραις  
φόινιασι κυλινδομέναι φλὸξ ἐσβαθεῖ-  
αν φέρει πόντη πλάκα σὺν πατάγῳ  
καῦο δ' ἀφίσσοιο πρόντος, ἐρπετὸν

terris s'arantem  
terras per terras uiriorum t' i' d' -  
et. t' uiriorum - twv àn'zorū.  
Audite nunc inquit, Virgiliu' uersus, quos inchoasse  
en' uerius dixerim, quam fecisse.  
Portus ab accessu uentorum immotus, et ingens  
ip'se horribilis insta tonat Aetna ruimus.  
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem  
turbine sumantem piceo, et candente fauilla.  
Attollitq; globos flammrum: et sydera lambit.  
Interdum scopulos, auulsaq; uiscera montis  
erigit eructans: liquefactaq; saxa sub auras  
cum gemitu glomerat: fundoq; exæstuat imo.  
Iam principio inquit, Pindarus ueritati magis obse-  
uis id dixit, quod res erat, quodq; istie usu uenie-  
bat: quodq; oculis uidebatur, interduu sumare Aet-  
nam: noctu flâmigare. Virgilius autem, dum in stre-  
piti, sonituq; uerborum congrendo laborat: utrunq;  
tempus nulla discretione facta, confudit. Atque ille  
ignes quidem fontes imitatus ignis eructari, et flu-  
erimenes sumi, et flammrum fulua, et tortuosa  
columna in plages maris ferre, quasi quosdam  
igneos angues luculente dixit. At hic noster atram  
nubem turbine piceo, et fauilla sumantem p'ov n'a-  
m' ub'wa interpretari uolens crasse, et immodi-  
c'ongessit. globos quoque flammrum, quod ille  
ip'se dixerat, duriter, et àn'p'wstranstulit. Item  
q'at sydera lambit. Vac'ater hoc etiā inqt, accumu-  
luit, et inaniter. Neq; non id quoq; inenarrabile esse  
et propemodū insensibile, q'd nubē atrā sumare dī

A. G E L.

xit turbine piceo, et fauilla candente. Non enim fulm  
mare inquit, solent, neque atra esse, quae sunt canden  
tia, nisi si candenti dixit per vulgate, et improprie  
pro feruenti fauilla, non pro ignea, et reluenti. Nam  
candens scilicet est a candore dictum, non a calore.  
Quod saxa autem, et scopulos eructari, et erigi,  
eosdemque ipsos statim liquefieri, et gemere, atque glo  
merari sub auras dixit, hoc inquit, nec a Pindaro  
scriptum, nec unquam fando auditum, et omnium,  
quae monstra dicuntur: monstruosissimum esse.

Quod Plutarchus in libris symposiacis opinione  
Platonis, de habitu, atque natura stomachi, fistulaeque  
eius, quae τραχεῖα dicitur, aduersum Erasistratum  
medicum tutatus est, auctoritate exhibita antiqui me  
dici Hippocratis. Caput XII.

T Plutarchus, et alij quidam docti viri re  
prehensum esse ab Erasistrato nobili medi  
co Platonem scripsere, quod potum dixit de  
fluere ad pulmonem. Eoque satis humectato, dimanare  
per eum, quia sit rimosior, et confluere inde in uen  
ticam. Errorisque istius fuisse Alcænus ducem, qui in poe  
matis suis scriberet. τὸν τε πνάμωνα οὐρόν τὸ προύπορ  
περιστέλλεται. Ipsum autem Erasistratum dicere duas  
esse quasi canaliculas quasdam, uel fistulas. Eaque ab  
oris fauibus proficiunt deorsum, per earumque alteram  
deduci, delabiique in stomachum esculenta omnia, et po  
culenta. Ex eoque ferri in uentriculum, qui græcæ



appellatur ἡ πάτω ποιία. Atq; ibi subigit, legiq; ac deinde aridiora ex ijs recrementa in al-  
iam conuenire, quod græce ηῶλον dicitur humidio  
peruehens in uesticam, per alteram autem fistulā,  
que græce nominatur τραχεῖα ἀρτηρία, spiritum  
summo ore in pulmonem, atq; inde rursum in os,  
innareis commeare. Perq; candem viā uocis quoq;  
fimileatum. Ac ne potus, cibusq; aridior, quē opor-  
tuit in stomachum ire: procideret ex ore, labereturq;  
candem fistulam, per quam spiritus reciprocatur:  
ut offensione intercluderetur animæ uia imposita  
scarte quadam, et ope naturæ. Inde apud duo ista  
ramina, quæ dicitur ἐπιγλωττίς, quasi claustræ  
medam mobilia, connuentia uicissim, et resurgen-  
tia. Eamq; ἐπιγλωττίδαι inter edendū, bibendumq;  
spirare, atq; protegere. τὸν τραχεῖαν ἀρτηρίαν.  
iquid ex esca, potu'ue incideret in illud quasi æstuā  
uanime iter. Ac propterea nihil humoris influere  
in pulmonem ore ipso arteriæ communio. Hæc Era-  
stratus medicus aduersum Platone. sed Plutarchus  
in libro symposiacorum authorem Platonis sententiæ  
Hippocratem dicit fuisse. Idemq; esse opinatus, et Phi-  
lomena Locrum, et Dioxippum Hippocraticum ue-  
tres medicos, et nobiles. Atq; illam, de qua Erasistræ  
tu dixerit, ἐπιγλωττίδαι non idcirco in eo loco con-  
statam, nequid ex potu influeret in arteriam. Nam  
pulmoni quoq; souendo rigidoq; necessarios humores  
uideri. sed adpositam quasi moderatricem quandā,  
arbitram prohibendi, admiscendi ue, quod ex salutis  
ufores: uti edulia quidem omnia defendet ab ar-

teria, depelleretq; in stomachum. Potum autem par-  
tiretur inter stomachum, & pulmonem. Et quod ex  
eo admitti in pulmonem per arteriam deberet: non  
rapidum id, neq; uniuersum, sed quadam quasi obi-  
ce sustentatum, ac repressum, sensim, paulatimq; tri-  
mitteret: atq; omnem reliquum in alteram stoma-  
chi fistulam deriuaret.

De materijs infamib; quas græci ἀδόξου ap-  
pellant, a Phauorino exercendi gratia disputatis.

Caput

XII.

Nfames materias, siue quis manult dicere in-  
opinabiles, quas græci ἀδόξου οὐατό-  
τους ὑποθέσεις appellant, et ueteres ador-  
ti sunt, non sophistæ solum, sed philosophi quoq; et  
noster Phauorinus oppido quā libēs in eas materias  
dicebat, uel ingenio expurgificando ratus idoneas,  
uel exercendis argutijs, uel edomandis usū difficul-  
tibus, sicuti cum Thersitæ laudes quæsivit: et cum  
febrim quartis diebus recurrentem laudauit. Lepi-  
da sanè multa, & non facilia inuentu im utrāq; can-  
sam dixit: eaq; scripta in libris reliquit. Sed in febris  
laudibus testem etiam Platonem produxit, quē scri-  
psisse ait. Qui quartanam passus conualeruerit: ni-  
resq; integras recuperauerit: fidelius, constantiusq;  
postea ualiturum. atq; inibi in eisdem laudibus non  
hercle hac sententiola inueniente lusit, versus iquit,  
εἴλοτε μητρύν πέλει ί μέρη, εἴλοτε μητήρ.

versu significatur, nō omni die bene esse posse, sed  
iſo bene, atq; alio male. Q uod cum ita sit inquit,  
ut in rebus humanis bene, aut male uice alterna sit,  
hec biduo medio interuallata febris, quanto est for-  
matior, in qua est  $\mu\alpha \mu\tau\rho\gamma\alpha$  dūo mūtēpes.

Quin particula, quot, qualesq; uarietates signifi-  
cationis habeat, & quā sēpe in ueterum scriptis ob-  
ſurā sit.

Caput

XIII.

Vin particula, quam grammatici coniun-  
ctionem appellat, uarijs modis: sententijsq;  
connectere orationem uidetur. A liter enim  
dia putatur, cum quasi increpantes, uel interrogan-  
tes, uel exhortantes dicimus, quin uenis? quin legis?  
quin fugis? A liter cum ita confirmamus. Non du-  
biū est, quin M. Tullius omnium sit eloquentissi-  
mus. A liter autem cum sic componimus, qđ quasi prio-  
ri uidetur contrarium. Non idcirco causas I socrates  
non defendit, quin id utile esse, et honestum existima-  
rit. A quo illa significatio non abhorret, quæ est in  
tertia origine M. Catonis. Haud eos inquit, eo postre-  
num scribo, quin populi, & boni, & strenui sient.  
In secunda quoq; origine M. Cato non lōge se cūs hac  
particula usus est. Neq; satis inquit, habuit, quod eū  
mocculto uitiauerat, quin eius famam prostitueret.  
Præterea animaduertimus Qua drigariū in. VIII.  
annalium particula ista usum esse obscurissime.  
Ipsius uerba posuimus. Romam uenit, uix superat  
quān triumphus decernatur. Item in . VI . annali

A. G E L.

• eiusdem uerba hæc sunt. Pene factum esse, quin ca-  
stra relinquerent, atq; cederent hosti. Non me autem  
præterit dicere aliquem posse de summo pectore nihil  
esse in his uerbis negotij. Nam quin utrobiq; positum  
pro ut, planissimumq; esse, si ita dicas. Romam ue-  
nit, uix superat, ut triumphus decernatur. Item  
alio in loco, pene factum est, ut castra relinquerent,  
atq; cederent hosti. sed utantur sane qui tam ex-  
pediti sunt per suos commutationum in uerbis, que  
non intelliguntur. utantur tamen, ubi id facere poterit,  
uerecundius. Hanc uero particulā, de qua diximus,  
nisi quis didicerit compositam, copulatamq; esse, neq;  
um tantum coniungendi habere, sed certa quadā si-  
gnificatione factam: nunquam profecto rationes, ac  
uarietates istius comprehensurus est. Quod quia lon-  
gioris dissertationis est: poterit cui otium est, reperire  
hoc in P. Nigidij commentarijs, quos grammaticos in-  
scripsit.

Sententiae ex Publij mimis selectæ lepidiores.

Caput XIII.

Vblius Mimos scriptauit, dignusq; habi-  
tus est, qui super Laberio iudicaretur. C. Au-  
tē Cæsarē, ita Laberij maledicentia, & ad-  
rogantia offendebat: ut acceptiores, & probatores si-  
bi esse Publij, quā Laberij Mimos prædicaret. huius  
Publij sententiae feruntur ploræq; lepidæ, & ad com-  
munionem sermonum usum commodatissimæ. Ex qui-  
bus sunt istæ singulis uerbis circumscripctæ, quas li-  
bitum hercle est adscribere.

Malum consilium est, quod mutari non potest,  
beneficium



beneficium dando accipit: qui digno dedit.  
 peras, non culpes, quod uitari non potest.  
 cui plus licet quam par est: plus uult, quam licet.  
 Comes facundus in uia pro uehiculo est.  
 Frugalitas miseria est rumoris boni.  
 Hereditus fletus sub persona risus est.  
 Furor fit laesa saepius patientia.  
 Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.  
 Ita amicum habeas, posse ut fieri huc inimicū putas.  
 veterem ferendo iniuriam, iuvias nouam.  
 Nunquam periculum sine periculo uincatur.  
 nimium altercando ueritas amittitur.  
 pars beneficij est, quod petitur, si belle neges.

Quod Carneades Academicus helleboro stomachum purgauit, scripturus aduersus Zenonis stoici decreta. Deq; natura, medelaq; hellebori candidi, et nigri.

## Caput

## XV.

Arneades Academicus scripturus aduersum stoici Zenonis libros superiora corporis helleboro candido purgauit, nequid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilia usq; animi redundaret: et constantiam, uigoremq; mentis labefaceret. Tanta cura, tantoq; apparatu uir ingenio praestanti ad refellenda, quae scripsérat Zeno: ad gressus. Id cum in historia græca legissim: quod helleboro candido scriptum erat: quid esset quæsuumi. Tum cōperi duas species hellebori esse discerniculo coloris in

A. GEL.

signes, candidi, & nigri. Eos autem colores non in simine hellebori, neq; in uirgultis, sed in radice dino-  
sci. Candido stomachum, & uentrem superiore mino-  
mitionibus purgari. Nigro aluum, quæ inferior uo-  
catur, dilui. ut triusq; esse hanc uim, ut humores no-  
xios, in quibus causæ morborum sunt: extrahant.  
Esse autem periculum, ne inter causas morborum omni corporum uia patefacta, ea quoq; ipsa, in quibus  
causa uiuendi est: exinaniantur. A missōq; omni naturali alimonie fundamento, homo ex austus intereat.  
sed helleborum sumi posse tutissime in insula Anticy-  
ra, Plynus secundus in libris naturali historiæ scri-  
psit. Propterea Liuiū Drusum, qui Trib. pleb. fuit:  
cum morbum, qui comitalis dicitur: pateretur. An-  
ticyram nauigasse, & in ea in insula helleborum bibis-  
se ait, atq; ita morbo liberatum. Præterea scriptum legimus,  
Gallos in uenatibus tingere helleboro sagittas:  
quod ijsictæ ex animatae feræ teneriores ad epulas fiant. Sed propter hellebore contagium, uulnera  
ex sagittis facta circunadere latius dicuntur.

Nates ponticas uim habere uenenis detegendis po-  
tentem. Atq; inibi de Mithridatis Regis in id genus  
medicamenti solertia. Caput XVI.

Nates ponticas dicitur edūdis uulgo uenenis  
uictitare. Scriptum etiā a Leneo Cn. Pom-  
peij liberto Mithridatem illum ponti Re-  
gem medicinæ rei, & remediorum id genus soler-  
tem fuisse. Solitumq; earum sanguinem miscere medicamē



is, quæ digerendis uenenis ualent. Eumq; sanguinem  
vel potentissimum esse in ea confectione. I psum autē  
regem adsiduo talium medelarum usu a' clandestinis  
epularum insidijs cauisse. Quin & scientem quoq;  
ultra, & ostentandi gratia uenenum rapidum, &  
velox s' penumero hauiisse, atq; id tamen sine noxa  
fuisse. Quamobrem poste a cum prælio Po. Ro. uictus  
in ultima regni refugisset: & mori decreuisset: &  
venena violentissima festinandæ necis gratia frustre  
expertus esset: suo se ipse gladio transegit. Huius re-  
gs Antidotus celebratissima est, quæ Mithridatios  
nomatur.

Mithridatem Ponti regem duarū & uiginti gen-  
tium linguis locutum, Q. q; Ennium tria corda ha-  
bere se se dixisse, quod treis linguis percalluisset, Græ-  
cum, Oscam, Latinam. Caput XVII.

Ennius tria corda habere se se dicebat: quod  
loqui Græce, & Osce, & Latine sciret.

Mithridates autem Ponti, atq; Bithyniæ  
rex inclitus, qui a' Cn. Pompeio bello superatus est,  
II. & XX. gentium, quas sub ditione habuit: lin-  
guas percalluit. Earumq; omnium gentiū uiris haud  
inquam per interpretem locutus est. sed ut quenq;  
ibeo appellari usus fuit: perinde lingua, & oratio  
n' ipsius, non minus scire, quam si gentis eius es-  
set. locutus est.

Quod M. Varro C. Sallustium historiæ scri-  
ptorem deprehensum ab Annio Milone in adulterio

A·G·E·L.

scribit, & loris cæsum, pecuniaq; data dimissum.

Caput XVIII.

Arcus Varro in literis, atq; uita, fide homo  
m multa, & grauis, in libro, quem inscriptit  
Pius, aut de pace C. Sallustium scriptorem  
seriae illius, & seueræ orationis, in cuius notiones ce-  
farias fieri, atq; exerceri uidemus: in adulterio de-  
prehensum ab Annio Milone loris bene cæsum dicit;  
& cum dedisset pecuniam: dimissum.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit ho-  
minibus nequā, et impuris disciplinas philosophia  
studiose tractantibus. Et quæ duo uerba obseruanda  
præceperit, omnium rerum longe salubria.

Caput XIX.

Hauorinū ego audiui dicere Epictetum phi-  
losophum dixisse, plerosq; istos, qui philo-  
phari uidentur: philosophos esse huiuscemo-  
di ἀνατοῦ τοῦ πράγματος μέχρι τοῦ λέγειν. Id signifi-  
cat, factis procul, uerbis tenus. Nam illud est uehe-  
mentius, quod Arrianus solitum eum dictitare in li-  
bris, quos de dissertationibus eius compositi: scriptum  
reliquit. Nam cum inquit, animaduerterat hominem  
pudore amissō, importuna industria, corruptis mori-  
bus audacem, confidentem lingua, ceteraq; omnia,  
præterquam animum procurantem istiusmodi in-  
quit, hominem cum uiderat: studia quoq; & dis-  
ciplinas philosophiae contrectare, & physica adire,  
& meditari dialecticā, multaq; id genus theorema-  
ta suspicari, sciscitariq; inclamabat Deum, atq; ho-



minum fidem: ac plerūq; inter clamandum his eum  
herbis increpabat. ἀνθρωπε ποῦ βάλλεις, σκέψαις  
ηναὶ οὐδαμάται τὸ ἀγένον. ἀντὶ τὰς τὴν δίνοσιν αὐτοῖς  
βάλλεις, ἀπώλετον σαπῖν οὐρον, οὐδὲ ξενόντο ἀν, οὐ  
τὸντων χειρον. Nil profecto is uerbis grauius,  
nil uerius, quibus declarabat maximus philosopho=rum literas, atq; doctrinas philosophiae, cum in ho=menem falsum, atq; degenerē, tanquam in uas spur=cum, atq; pollutum influxissent: uerti, mutari, cor=rumpi, et quod ipse οὐνινώτερον dixit: urinam fieri, aut siquid est urina spurcaus. Præterea idem ille Epictetus, quod ex eodem Phauorino audiuimus, solitus dicere est, duo esse uitia multo omnium grauis sima, ac teterrima, intolerantiam, et incontinentiam: cum aut iniurias, quae sunt ferendæ: non tollamus, neq; ferimus: aut à quibus rebus uoluptatebusq; nos tenere debemus: non tenemus. Itaq; inquit, si quis hæc duo uerba cordi habeat: eaq; sibi imperando, atq; obseruando curet: is erit pleraq; impunitabilis, uitamq; uiuet tranquillissimam. Verba hæc dicebat, ἀντὶ χου ναὶ ἀπέχου.

Ex symposio Platonis sumpta uerba, numeris coaguntisq; uerborum scite, modulateq; et apte exercendi gratia, in latinam orationem uersa.

## Caput

## XX.

Ymposium Platonis apud philosophū Taurum legebatur. Verba illa Pausaniae inter coniuas amore uice sua laudantis. ea uerba prorsum amauimus, ut meminisse etiam stu-

## A. G E L.

duerimus. Sunt adeo, quæ meminimus, uerba haec.  
 πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὡδεῖ χει. αὐτὴν οὐτὶς πραπομένη. οὔτε ιαλόν. οὔτε αἰχρά. οἶον νῦν οὐ μεῖς τοῖς μεγάλοις πίνειν οὐ λαλέν οὐδὲ γεθδαι. οὐ δὲ τύτων αὐτὸν οὐδὲν, ἀλλὰ εἰν τῇ πρᾶξει. οὐδὲν πραχθῆ τοι γετονός εἴβη. ιαλῶς μὲν γὰρ πραπόμενον, οὐδὲ ορθῶς ιαλὸν γίγνεται. οὐδὲ ορθῶς δὲ αἰχρόν, οὔτω οὐδὲ τόξον. οὐδὲ οὐρανός, οὐ πᾶς ἐστι ιαλός, οὐδὲ οὐρανός οὐδὲ γηρασιάς. οὐδὲ οὐρανός προτρέπτων οὐρανόν. Ήακ uerba ubi lecta sunt, atq; ibi Taurus nubis, Heus inquit, tu φυτορίσε  
 Sic enim me in principio recens in diatribam acceptū appellitabat: existimans eloquentiæ unius exercenda gratia Athenas uenisse: Vides ne inquit ἐνδέουμεν  
 crebrum, et coruscum, et connexum, brevibusq;  
 et rotundis numeris, cum quadam æquabili arctum  
 actione deuinatum? Habet ne nobis dicere in libris  
 rethorum uestrorū tam apte, tamq; modulate com-  
 positam orationem? Sed hos inquit, tamen numeros cē-  
 seo uideas οὐδὲ πάρεργον. Ad ipsa enim Plato-  
 nis penetralia, ipsarumq; rerum pondera et digni-  
 tes pergendum est, nō ad uocularum eius amoenitatem,  
 nec ad uerborum uenustates diuersitandū. Ήακ ad  
 monitio Tauri de orationis platonice et modulus, non mo-  
 do non repressit: sed instruxit etiam nos ad elegan-  
 tiā græcæ orationis uerbus latini affectandam. At  
 que uti quedam animalium parua, et uilia ad imitan-  
 dum sunt: quas res cunq; audierint, uiderint ue, petu-  
 lantia proinde nos ea, quæ in platonis oratione dem-  
 rabamur: non æmulari qdem, sed lineas, umbrasq; fa-  
 cere ausi fuimus, uelut ipsum hoc est, quod ex illis iſ-



lēm verbis eius effinximus. Omne inquit, omnino fā  
tum sic sēsē habet, neque turpe est quantum in eo est,  
neque honestum: uelut est, quas nunc facimus ipsi res  
libere, cantare, differere. Nihil nanq; horum ipsum  
ix sē honestum est: quale, cum fieret modo, factum  
est: tale extitit. Si recte, honeste q; factum est: tum ho-  
nestum fit, si parū recte: turpe fit: sic amare, sic amor  
non honestus omnis, neq; omnis laude dignus: sed qui  
fiat nos ut honeste amemus.

Quibus temporibus post Romanam conditam græci, Ro-  
maniq; illustres uiri floruerunt, ante secundum bel-  
lam Carthaginensium.

## Caput XXI.

T conspectum quendā etatum antiquissima  
rum, item uirorum illustrium, q; in his etā-  
tibus nati fuissent, haberemus: ne in sermo-  
nibus forte in conspectum aliquid super etate, at q;  
uita clarorum hominum temere diceremus: sicuti so-  
phistae illæ autros, qui publice nuper differens,  
Carneadem philosophum a' rege Alexandro philippi  
filio pecunia donatum, e' Panætium stoicum cum su-  
periore Africano uixisse dixit: ut ab istiusmodi in qua  
temporū, etatumq; erroribus caueremus: excep peba-  
mus ex libris, qui chronica appellantur: qbus tempori-  
bus floruisse græci, simulatq; Romani uiri, q uel in  
genio, uel imperio nobiles, insignesq; post conditam  
Romanam fuissent ante secundū bellum Carthaginie-  
sum, easq; nūc exceptiones nostras uarijs, diuersisq;

in locis factas, cursim digessimus. Neq; enim id nobis  
negotium fuit: ut acri, atq; subtili cura excellentiū  
in utraq; gente hominum συρχόντιον compone-  
remus: sed ut noctes istae quadam tenuis his quoq; hi-  
storiæ flosculis leuiter iniectis aspergerentur. Satis au-  
tem uisum est in hoc commentario de temporibus pau-  
corum hominum dicere: ex quorum ætatibus de plu-  
ribus quoq; quos non nominaremus: haud difficilis  
cōiectura fieri posset. Incipiēmus enim à Solone cla-  
ro: quoniam de Homero, et Hesiodo, inter omnes fe-  
rè scriptores constitit, ætatem eos egisse, uel iisdē ferè  
temporibus, uel Homerum aliquanto antiquorem.  
utrunq; tamen ante Romam conditam uixisse siluij.  
Albæ regnibus, annis post bellum Troianum, ut  
Cassius in primo annalium de Homero, atq; Hesio-  
do scriptum reliquit: plus C. atq; LX. annis. Ante  
Romam cond. ut Cornelius Nepos in primo chroni-  
corum de Homero dixit: annis circiter C. et LX. So-  
lonem ergo accepimus unum ex illo nobili numero  
sapientum leges scripsisse Atheniensium Tarquinio  
Prisco Romæ regnante, anno regni eius trigesimoter-  
io. Seruio autem Tullio regnante Pisistratus Athe-  
nis tyrannus fuit. Solone ante in exilium uolunta-  
rium profecto, quoniam id ei prædicenti non credi-  
tum est. Postea Pythagoras Samius in Italiam uenit.  
Tarquinij filio regnum obtinente, cui cognomentum  
superbus fuit: iisdēq; temporibus occisus est, Athenus  
ab Harmodio, et Aristogitone Hipparchus Pisistra-  
ti filius Hippiæ tyranni frater. Archilochum autem  
Nepos Cornelius tradit Tullio Hostilio Romæ regnā

u, iam tunc fuisse poematis clarum, & nobilem. Dis  
antesimo deinde & LX. anno post Romanam Cond.  
act non longe amplius, uictos esse ab Atheniensibus  
persas, memoriae traditum est. Pugna illa inclita ma  
rathonia Miltiade duce, qui post eam uictoriam da  
mnatus a populo Atheniensi in uiculis publicis mor  
tem obiit. Tu Aeschylus Athenis tragediarum poe  
ti celebris fuit. Romae autem fermè istis temporibus  
tribunos, & aediles, tum primum per seditionem si  
bi plebes creauit. Ac nō diu post Cn. Martius Corio  
lanus exagitatus, uexatusq; a tri. ple. ad volscos, qui  
cum hostes erant, a Rep. descivit, bellumq; Po. Ro. fe  
at. post deinde paucis annis Xerxes rex ab Athenien  
sibus, et pleraq; græcia Themistocle duce nauali præ  
lio, quod ad Salamina factū est, uictus, fugatusq; est.  
Atq; ide anno fere' quarto, Menenio Agrippa, Mar  
o Horatio Puluillo coss. bello ueiente apud flumū  
Cremeram, ab ijs sex & trecenti patritij Fabij cum  
familij suis, uniuersi ab hostibus circumuenti perie  
runt. Iuxta ea tempora Empedocles Agrigentinus in  
philosophiae naturalis studio floruit. Romæ autē per  
tas tempestates Xuiros legibus scribūdis creatos con  
fuit. Tabulasq; ab ijs primo decem conscriptas, mox  
duas additas. Bellū deinde, terra Græcia maxi  
mum peloponnesiacum, quod Thucydides memoriae  
mandauit, cœptum est, circa annum fere' post Cond.  
Romanam. CCCXXIII. Qua tempestate A. Postum  
Istorquatus dictator Romæ fuit, qui filium suum,  
quod contra suum dictum in hostem pugnauerat: se  
ari necauit. Hostes tum Po. Ro. fuerant Fidenates.

A. G E L.

Itaque qui inter hæc tempora nobiles, cœlebresq; erat:  
Sophocles, ac deinde Euripides tragicus poeta, & Hip-  
pocrates medicus, & Democritus philosophus, quibus  
Socrates atheniensis natu quidem posterior fuit: sed  
quibusdam temporibus iisdem uixerunt. Nam dein  
de trib. militaribus consulari imperio remp. Romæ  
regentibus ad annū ferè cōditæ urbis. CCCXLVII  
Triginta illi tyranni præpositi sūt à lacedæmonijs athe-  
niersibus, & in Sicilia Dionysius superior tyramni-  
nidem tenuit. Paucisq; annis post Socrates Athenis a  
pitis damnatus est, & in carcere ueneno necatus. Ea  
ferè tempestate Romæ M. Furius Camillus dict. fuit,  
& v eius cepit. Ac post non longo tempore bellum  
senonicum fuit. Tum Galli Romam præter capitolij  
cepérunt. neq; multo poste a Eudoxus astrolo-  
gus in terra Græcia nobilitatus est. Lacedæmonijs ab  
Athenijsibus apud Corinthū superati duce Phor-  
mione. & M. Manlius Romæ, qui Gallos in obsidio-  
ne capitolij obrepentes per ardua depulerat: conui-  
ctus est consilium de regno occupando iniisse, da-  
mnatusq; capit is ex saxo tarpeio, ut M. Varro ait, præ-  
cepis datus est, ut Cor. autem nepos scriptum reliquit,  
uerberando necatus est. eoq; ipso anno, qui erat post  
recuperatam urbem septimus, Aristotelem philoso-  
phum natum esse, memoriæ mandatum est. Aliquot  
deinde annis post bellum senonicum thebani Lacedæ-  
monios duce Epaminunda apud Leuctra superau-  
runt, ac breui post tempore in urbe Roma lege Lic-  
nij stolonis COSS. creari, etiam ex plebe cœpti, cum  
antea ius non esset, nisi ex patricijs gentibus fieri



COS. Circa annum deinde urbis cond. quadringen-  
timum, Philippus Amyntæ filius Alexandri pa-  
ter, regnum Macedonie adeptus est. Inq; eo tempo-  
re Alexander natus est. Paucisq; inde annis post Pla-  
to philosophus ad Dionysium siciliæ tyrannum po-  
steriorum profectus est. Post deinde aliquanto tempo-  
re, philippus apud Cheroneam prælio magno Athe-  
nienses uicit. Tum Demosthenes orator ex eo prælio  
salutem fagi quæsuit. Cumq; id ei, quod fugerat pro-  
brose obijceretur: uersu illo notissimo illusit,

ἀντὸν φάυων νοῦ πάλιν μαχῆσεται.

Postea Philippus ex insidijs occiditur, & Alexander  
regnum adeptus, ad subigendos Persas in Asiam,  
atq; in orientem transgressus est. Alter autem Ale-  
xander, cui cognomentum Molosso fuit in Italiâ ne-  
vit bellum Po. Ro. facturus. Nam enim fama, uir-  
tuusq; felicitatis Romanæ apud exteras gentes enite-  
sere incepatabat. Sed prius, quam bellum faceret: ui-  
decessit. Eum Molossum cum in Italiam transi-  
ret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire,  
quasi in ἀνθρώποι την Macedonem isse ad Per-  
sus, quasi in οὐρανού την. Postea Macedo Ale-  
xander pleraq; parte orientali subacta, cum annos  
regnauisset XI obiit mortis diem. Neque ita longe  
post Aristoteles philosophus, & post aliquanto De-  
mosthenes, uita functi sunt. Hisdemq; ferme tem-  
pestatibus Po. Ro. graui, ac diutino Samnitum  
bello confictatus est. COS S. q; T. Veturius, &  
S. P. Posthumius, in locis iniquis apud Caudi-  
um a Samnitibus circumuallati, ac sub iugum missi

A. GEL.

turpi fœdere factō discesserūt. Ob eamq; causam pō iussū Samnitibus per faciales dediti, recepti non sunt. Post annum deinde urbis cond. CCCC. fere' et LXX. bellum cum rege Pyrrho sumptum est. Ea tempeſta te Epicurus Atheniensis, & Zeno Citiensis philosophi celebres erant. eodemq; tempore C. Fabritius Luanus, & Q. Aemilius Papus CENS. Romæ fuerunt, & P. Cornelius Rufinum, qui II. COSS. & DICT. fuerat: senatu mouerunt. Causamq; isti nota subscripsere, quod eum comperrissent argenti facti cœnæ gratia decem PON. habere. Anno deinde post Romanam Cond. CCCC. fermè & XC. COSS. Appio Claudio, cui cognomentū Caudax fuit Appi illius cœa fratre, & Marco Fulvio Flacco, bellum aduersum Pœnos primum cœptum est. Neq; diu post Callimachus poeta Cyrenensis Alexandriae, apud Ptolemaū regem celebratus est. Annis deinde poste a paulo plus ribus, quam. XX. cum Pœnis pace facta, COSS. Claudio Centone Appi cœci filio, et M. Sempronio Tuditanu, primus omnium L. Linius poeta fabulas docere Romæ cœpit, post Sophoclis, & Euripidis morte annis plus ferè C. & LX. post Maenandri, annis aciter quinquaginta duobus. Claudium, & Tuditani COSS. sequuntur Q. Valerius, & C. Manilius, qui bus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro in primo de poetis libro scripsit: eumq; cum septimum & sexagesimum annum ageret, duedecimum annalem scripsisse. Idq; ipsum Ennium in eodem libro dicere. Anno deinde post Romanam Cond. D. undevicesimo Spurius Caruilius Ruga. Primus Romæ de amio-

rum sententia, diuortium cum uxore fecit, quod ste-  
nilis esset. Iurassetq; apud CENS. uxorem se libe-  
rorum querendorum causa habere. Eodemq; anno  
C.Næuius poeta fabulas apud populū dedit. Quē  
M.Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse,  
at bello punico primo. Idq; ipsum Næuiū dicere in  
carmine, quod de eodem bello scripsit. Porciū au-  
tem Liciūm Seruius poeticam Romæ cœpisse dicit  
in his uersibus.

Punico bello secundo musa pennato gradu,  
intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

Ac deinde annis fere post XV. bellum aduersum Pœ-  
nos sumptum est. Atq; non nimium longe M. Cato  
orator in ciuitate, et Plautus poeta in scena florue-  
runt. Hisdemq; temporibus Diogenes stoicus, et Car-  
neades Academicus, et Critolaus peripateticus ab A-  
theniensibus ad senatum Po.Ro. negotij publica gra-  
tia legati sunt. Neq; magno intervallo postea Q. En-  
nius, et iuxta Cæcilius, et Terentius, ac subinde  
Pacuvius, et Pacuvio iam sene Accius, clariorq;  
tunc in poematis eorum obtrectandis, Lucilius fuit.  
Sed progressi longius sumus, cum finem proposue-  
mus adnotatiunculis istis bellum Pœnorum se-  
cundum.



LIVX . 211

AVLI GELLI NOCTIVM ATTICA

RVM COMMENTARII.

L I B E R X V I I I .

Disputationes à philosopho stoico, & contra à peripateticō arbitro Phauorino factæ, quæ situmq; inter eos quantum in perficienda uita beata uirtus ualeret: quantuq; esset in iis, quæ dicuntur extranea.

Caput

Primum.

f

A miliares Phauorini duo erant quidam non incelebres in urbe Roma philosophi, eorum fuit unus peripateticæ disciplinæ sectator, alter stoicæ.

His quondam ego acriter, atq; contente, pro suis utrinq; decretis propugnantibus, cum essemus una Hostiæ omnes cum Phauorino interfici. Ambulabamus autem in litore, cum iam aduersa sceret æstate anni noui. Atq; ibi stoicus censebat, & uitam beatam hominum uirtute animi sola, & misericordiam summam malitia sola posse effici, etiam si certa bona omnia, quæ corporalia, & externa appellantur: uirtuti deessent: malitiæ adessent: ille contra peripateticus, miseram quidem uitam uitijis animi, & malitia sola fieri concedebat. Sed ad complendor: omnes uite beatæ numeros uirtutem solam nequam satis esse existimabat: quoniam & corporis integritas, sanitasq; & honestus modus formæ, & pe-